

DIE XXVIIJ. APRILIS. S. PAULI A CRUCE.

Martyrii desidério incéus, exercitui se adjúnxit, qui Venetiis, ad bellum Turcis inferendum, comparabatur; cōgnita vero inter orāndum Dei voluntātē, arma ultro réddidit, praestantiōri milītiae óperam datūrus, quae Ecclesiæ praeſidio esse, aeternāmque hōminum salūtem procurare totis víribus niterétur. Revērsus in pátriam, honestissimis nuptiis, sibique delata pátrui haereditatē, recusatis, arcitiorem iníre sémitam, ac rudi túnica a suo Epíscopo índui vóluit. Tum ejus jussu, ob eminēntem vitae sanctimóniam, et rerum divinárum sciéntiam, nondum cléricus domínicum agnitus, máximo cum animárum fructu, divíni verbi prædicatiōni excóluit.

R. Honéstum fecit.

Lectio v.

ROMAM profectus, theologicis disciplinis rite imbūtus, a Summo Pontí-

fice Benedícto Décimo tertio ex obediēntia sacerdotalio auctus est. Facta sibi ab eódem potestatē aggrediti gāndi sócios, in solitúdinem recéssit Argentárii montis, quo eum beáta Virgo jamprídem invitáverat, veste illi simul osténsa atri colóris, Passiōnis Fílii sui insígnibus decoráta, ibique fundamēta jecit novae Congregatiōnis. Quae brevi, plūrimis ab eo toleratís labóribus, praecláris aueta viris cum Dei benedictiōne valde sucrévit; a Sede Apostólica non semel confirmáta, una cum Régulis, quas orando ipse a Deo accéperat, et quarto áddito voto pergrátam domínicae Passiōnis memoriā promovéndi. Sacras Vírgines quoque instítuit, quae excéssum charitatis divíni sponsi sédulo meditarentur. Haec inter, animárum inexháusta aviditatē ab Evangélii prædicatione nunquam deficiens, hōmines pene innumeros, étiam perditíssi-